

## XXXVIII

Viernes 1º de mayo de 987.

[f. 25 vto.] IGLESIA DE SAN JUAN DE UBIARCO

Sub Christi nomine ego Donna Fronildi in Domino Deo eterna salute. Amen. Ideo placuit mihi et accensi voluntas ut pro remedio anime mee trado atque concedo eglesia Sancti Iohannis cum omnibus actibus suis qui est in villa Ubiarco, per omnen suos terminos pro termino Menizi et figet in termino de Montes ter et pro fonte 5 salice et pro molione albo et pro terminu de Iohannes per suos terminos, sic trado atque concedo ipsa ecclesia Sancte Iohannis eo Donna Fronildi ad ecclesia Sancta Iuliana, cuius corpus tumulatum est in locum qui dicent Planes, et tibi abbati meo Indulfo presbiter vel omnes fratres et presbiteros vel reculantes, quia ipsa ecclesia 10 Sancta Iuliana Virginis comemorati fuerint trado ibidem Donna Fronildi ipsa ecclesia Sancti Iohannis cum omnibus actibus suis, sive casas, orreos, lacares, cupas, libros, terras, pumares in villas nominatas in Ubiarco in Planes et in Macortedo, sive ubique portueritis invenire abeatis post iure ecclesia Sancta Iuliana ac defendatis, et 15 quidquid ex inde facere volueritis, liberam in Dei nomine abeatis potestatem, sed verumptamen ipse illo obtineat qui Deo servierit et in agone Christi certaverit vel in Dei liberius comemoratus fuerit, abeat ex inde toleratione, et mihi Donna Fronildi ante Deum mercibus perveniat, et nullus inde a leigale conversatione reducere presuma. 20 Si quis presumserit anatematiçatus et excommunicatus permaneat, et cum Iuda traditore in infernu dapnatus et pro temporali pena pariet ad ipsius ecclesie Sancte Iuliane aliu tantum duplatum vel triplatum quantum ab ipsa ecclesia ausus fuerit quod notus intrumpere, et auri libras III, et ad comite civitatis pariet alias auri libras IV, et hoc 25 testamento iuris ecclesie firmis permaneat. Facta scedula testamenti die noti feria VI, kalendas maias, era M. XXV, imperante Comite nostro Garsea Fredenandez in Castella, eo Donna Fronilde in hoc testamento de meo factum vel relegente audivit, manu mea + roboravi,

coram, testibus, Beliti, hic testis manu mea + roboravi, Ermeildo, 30 hic testis, + Quirugus, hic testis, + Roderico Feiliz, in mea presentia, + Nuno Belasquiz, in mea presentia, + Donna Otrocia, in mea presentia, + Gontesalvo, Esconiz in mea presentia. + Galindo, presbiter, in mea presentia. + Cissalani, exscripsit.

El dia 1º de mayo del año 987 no fué viernes, como leemos en esta carta: fué 35 domingo. Como la fecha del año coincide con la época en que vivieron el conde García Fernández y D.ª Fronilde, nombrada en otras cartas, creemos que debe ser la carta de alguno de los años inmediatos en que el 1º de mayo fuera viernes, como 985, 991, etc.

## XXXIX

Martes 3 de marzo de 1019.

[f. 26.]

## CARTA DE HERMANDAD

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, ego Iacobi, quod nomen appellatur Annaya, una cum iermana mea Maria in Domino Deo eterna salute. Amen. Ideo ego Annaya et Maria pactum vel testamentum facimus et ad regula Sancta Iuliana et a tibi abbati nostro Iohannes diem iuditii timendo et portas inferni evadendo et paradisi 5 introiendo, tradimus nos Annaya et Maria ad ipsis locis sanctis nos metipsos et nostra quinta in omnia nostra rem et nostras ereditates, que visi sumus abere et deincepsque ganare potuerimus, tan de abos quam de parentibus vel de nostras comparationes in villas prenomi- 10 natas, id est in Cavarçeno et in Penagos et in Flandone et in Pamanes, et in aliis locis, ubique potueritis invenire, nostra quinta integra in terras in pumares in casas et in orreos, in cupas et in lictuaria in uacas et in res mouile et in tota omnia re nostra quinta integra, sic in vita nostra quam etiam et de post obitum nostro, ut abeatis ipsa nostra quinta desodie die data et confirmata per huius cedula..... 15 Iuliana et de tibi abbati nostro Iohannes in Dei nomine abeatis potestatem, et nobis ante Deum merces perveniat. Et si quis tamen contra hunc factum nostrum vos metipsos ut aliquis homo, qui hunc factum nostrum intrumpere quesierit, in primis ira Dei descendat super eum et excommunicatus fiat ad sacrasancta comunione et cum 20

traditore abeat partem in eterna dapnationale. Amen. Et pro temporali pena pariet ipse homine diabolicus, qui hunc factum nostrum inrumpe quesierit, primis pariet post parte ecclesie Sancte Julianae Virginis quantu ausus fuerit conatus inrumpere duplatu vel triplatu, et auri libras II, et post parte Imperatoris tertie vel alias auri libras V.<sup>e</sup> parie<sup>25</sup> ipse hominem qui talia comiserit, et post inde scriptura ista non rumpetur. Facta scriptura ista die III et feria, V nonas marcas in era M. L. VIII., et regna rex Adfonso in Legione et Comite Garsea Sançes in Castella et in Asturias. Ego Annaya una cum germana mea Maria in hac pactum vel testamentum que fecimus et legenter audi-<sup>30</sup> vimus et de manus nostras + + roboravimus coram testes, Belliti, Iulijz et Severo Adfonsiç, hic testes sumus, et manus nostras + + roboravimus, Ziti Suariç et Annaya Citiç et Didaco Rodaniz et Comes Appa et Citi Appa, et Gutesalbo Iohannes, in nostras presentias + + roboravimus, Iohannes scripsit.<sup>35</sup>

El año 1019 comenzó en feria V (jueves), y el 3 de marzo fué feria III (martes), como dice el documento.

## XL

*Martes 24 de junio de 991.*

[f. 26 vto.] **IGLESIA MONASTERIAL DE ARCE**

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, presbiteris, diaconibus, clero atque omni populo christiano fidelissimo Deum timendo..... ego Donna Fronildi una cum sobrinis meis Munnu Gutierrez et Nunu Gutierrez, adsid indignus, qui sumus neptis Domno Rodani comite, pactum testamenti tradictionis facimus, propter remedium animas nostras ad regula Sancta Julianae, cuius corpus tumulatum est in villa Planes, et sub regimine Indulfo abbati tradimus atque concedimus nos supradicti Donna Fronildi et Munnu Gutierrez et Munnu (*Nunnu?*) Gutierrez ad ipsa regula Sancta Julianae Monasterio vel ecclesia Sancti Juliani, que siita est in territorio de villa Arce, cum suas casas et orreos et torcular, et terras, et pumares pro suis terminis, id est una terra in mere de Golata iusta terminum de

Sancti Juliani et illu sotu usque in illa serna et alia terra que est iusta terminum de Fromonio, et pro illa itinere iusta terminum de Maria, ipsa terra, que est in illo vale, et alia terra que est in mere de Golata de duobus partibus terminis itineres publicas et per terminis de Osicia et de Sarracino, et alia terra que est in mere de Sopenna et de termino de Revelio et aliu terminu de Martino usque in illa itinere et alia terra, que est iusta terminu de Librino et per terminu de Fafila et alia terra que est in mere de Rosnia de termino de Fronimio, et pro termino de Ofreiso usque in terminum de Afonso et hereditatem vel rem que concedit Adfonso ad omni integritate, et alias duas terras que vocitant sernas que sunt ibidem in territorio de Arce et alia terra in mere de Rosnia iusta terminum de Adfonso, et per terminu de Maria. Sic tradimus et concedimus ego Donna Fronildi et ego.....<sup>25</sup> Gutierrez ipsas terras vel pumares ab omni integritate, quantumque superius comprehensum est sive ipsa ecclesia Sancti Juliani iam nominata sive quantum ad ipsa ecclesia apertinet et iurificavit, vel quantum in nomine de ipsa ecclesia apertinet et iurificavit, vel quantum in nomine de ipsa ecclesia ganatu fuit vel fuerit per animas defunctorum quam etiam et per viventium in montes, in fontes, pratis, pascuis, exitis, aquis aquarum, sedicas molinarum, que ipsa ecclesia Sancti Juliani apertinet cum omni suas apresuras, tradimus et concedimus e'go Donna Fronildi et ego Munnum Gutierrez et ego Nunno Gutierrez ipsa ecclesia Sancti Juliani iam nominata cum quantumque superius resonat ad regula Sancta Julianae et ad Indulfo abbatem vel ad cultores ipsius regula Sancta Julianae ab omni integritate propter remedio de animas nostras de me Fronildi et de mea germana Monna Tarasia et propter remedio de animas nostras de me Munnu Gutierrez et de me Nunno Gutierrez, et de abia nostra<sup>30</sup> Donna Gontroda, sic tradimus et concedimus ad ipsa regula Sancta Julianae, quomodo superius comprehensum est usque in finem seculi, ut non filii nostri, non suprini, non eredes, neque gens genere quia ad alia parte inde reducere presumat post parte regula Sancta Julianae, sit traditum vel concessum in perpetuum abituram. Si quis tamen ego<sup>40</sup> Donna Fronildi et ego Munnum Gutierrez et ego Nunnu Gutierrez vel filiis nostris aut Comes vel..... subrogata nostra persona et qui hunc factum nostrum inrumpere quesierit, aut contra regula Sancta Julianae proinde contemptiosus extiterit, in primis ira Dei descendat

super eum et rufea celestis, et descendat super e'um Deus sicut de-<sup>50</sup>  
scendit super Datan et Abiron sceleratissimos, quod pro sua scelera  
terra illos vivos absorbuit et cum Iudas traditore abeat participio in  
pena eternam et excommunicatus fiat et sanguinis Domini nostri Iesu-  
christi, et pro dapna secularia inferat ad ipsa regula Sancta Iuliana  
vel ad cultores suos auri libras V.<sup>e</sup> et ipsa ecclesia Sancti Iuliani, cum <sup>55</sup>  
que superius comprehensum est, duplatu in ipso territorio, et alium  
captum parit post parte comite alias auri libras quinque et iste te-  
stamentum pactum traditionis vel confirmationis firmis permaneat.  
Facta iscriptura ista pactum vel testamentum traditionis die III.<sup>a</sup>  
feria, VIII kalendas iulias, era M. XX. VIII, Rex Adefonso in sedis <sup>60</sup>  
Legione et Comite Garsea Fredenandez in Castella. Et ego Donna  
Fronildi et ego Munnium Gutierrez et ego Nunno Gutierrez qui  
pactum testamentum traditionis ad regula Sancta Iuliana, et ad  
Indulfo abbati confirmationis quod fieri voluimus et legenter audivi-  
mus manus nostras + + roboramus coram testes tradimus robo-<sup>65</sup>  
randa, Martinus presbiter, Ermealdo presbiter, et Petru et Felix hic  
testes sumus manus nostras + + roboravimus. Ego Alvaro Alvariz  
voluntatem et factum de uxori mea Fronildi confirmavi et manu  
mea + roboravi, ego Annaya Adfonsiz, ego Citi Suariz, ego Roderico  
Gundesalviz, ego Indulfo abbati, et ego Ermealdo frater et ego Frila <sup>70</sup>  
Albariz in nostras presentias fuit factum el manus nostras + +  
Cissilani exscripsit.

El año 991 comenzó por feria V (jueves); el día 24 de junio fué feria IV, o sea  
miércoles. Es de creer que el amanuense copió feria III en vez de feria IV, por  
la semejanza gráfica de los números romanos II y V. El P. Sota (*Crónica*, pági- <sup>75</sup>  
na 639) publicó esta carta.

## XLI

Martes 24 de junio de 1001.

[f. 28 vto.] **IGLESIA MONASTERIAL EN MORTERA**

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis,  
presbiteris, diaconibus, clero atque omni populo christiano fidelissi-  
mo Deum timentibus et regule sancte consistentibus. Ego Munnium

Gutierrez et Domina Fronildi, ac si indignus, facimus pactum, testa-  
mentum traditionis facimus propter remedio aminas nostras de vobis <sup>5</sup>  
Munnium Gutierrez et Domina Fronildi et de genitores nostros sive  
et de parentes nostros tradimus atque concedimus ecclesia monaste-  
rio Sancti Iuliani cum omnibus actibus suis ad regula Sancta Iuliana,  
cuius corpus tumulatum est in villa Planes, et a tibi abbatu nostro  
Indulfo tradimus atque concedimus nos supradictis Munnium Gutier- <sup>10</sup>  
rez et Donna Fronildi ad ipsa regula Sancta Iuliana monasterio vel  
ecclesia Sancti Iuliani, que exita e'st in territorio de Mortera in pre-  
dicto loco monte Biati cum suas casas et orreos, et torcular et cupas  
et libros infra terminos de Mortera et per terminu de illo ribo, et  
usque in illa itinera antiqua que viene de Liencres a Mortera, et de <sup>15</sup>  
alia parte per terminu per ubi illas serores abitaverunt, que forone de  
Morteira, et per illos azebos usque ad illos foios et usque in illo  
queto que dicen Alegio et per terminu de Bo et per illo Aguto usque  
in illa via itinere antiquum ad termino de Monte et Beati et alia ere-  
ditate que est in soma pia in pauc de Arce que dedit Munnium <sup>20</sup>  
Gutierrez ad Sancta Iuliana, que abuit de sua divisa illa hereditate que  
fuit de Sancto Corto et de sua uxore Ablina et de sua muliere Ibera,  
et de sua mulier Terentia ipsa hereditate quantumque pertinuit ad  
ipso solare ubi abitavit Sancto Corto in soma ya con ipsas tres mulie-  
res cum suos ereditarios ipsa ereditate terras et pumares in fonte in <sup>25</sup>  
monte ab omni integritate infra terminos de monte Faletu et per ter-  
mino de Pausadorios et per illa via itinere qui discurre ad Arce et  
adfligese usque in mire de Arce ad Escarzico et usque in Lebe, et in  
Priedo et alia hereditate que dedit Munnium Gutierrez ad Sancta <sup>30</sup>  
Iuliana, que fuit de sua devisa in Capidiello, qui fuit de Garcia ipsa  
ereditate per illum quetum de Arrias usque in Ganzo et per Penna  
Alba et usque in Fagelo et usque in Arce et in Mieres de Arce ipsa  
hereditate cum suos editos infra ipsos terminos ab omni integritate,  
in monte in fonte, ubi putueritis illo invenire ab omni integritate pro  
anima de mihi Munnium Gutierrez et de parentes meos sive per ani- <sup>35</sup>  
mas de parentorum nostrorum et tradimus atque concedimus alio  
monasterio vel ecclesia que vocant, Sancti Petri, qui est in territo-  
rium de Campo Pau cum suas casas et suos orreos, et suos libros, et  
cum terras et suos pratos et tota rem vel ganato vel quantum ad ipsa  
ecclesia pertinet, sic tradimus et concedimus ad ipsa regula Sancta <sup>40</sup>

Iuliana et ad tibi abbatii Indulfo ab omni integritate et propter remedium animas nostras et de me Munnium Gutierrez et de Donna Fronildi et de parentes nostros. Si quis tamen ego Munnium Gutierrez et ego Donna Fronildi vel filiis nostris ut comes, aut regibus vel potestas, aut omnes de subrogata nostra persona inrumpere quesierit <sup>45</sup> aut contra regula Sancta Iuliana per ipsos montes et rios vel per ipsas iam dictas ecclesias, que super resonant, cum omnibus actibus suis cum omni rem vel ganato vel hereditates vel quantumque in testamentum hic resonant perinde contempcosus steterit, in primis ira Dei descendat super eum Deus sicut descendit super Daten et Abiron <sup>50</sup> sceleratissimos, quos pro sua scelera terra illos vivos obsorbuit, et cum Iudas traditorem abeat participio in pena eterna .... sanguinis et corporis Domini nostri Ihesu Christi, et pro dampna secularia inferat ad parte de ipsa regula Sancta Iuliana et a tibi Indulfo abbatii vel ad cultores earum auri libras VII et ipsius monasterios vel ecclesias <sup>55</sup> Sancti Iuliani et Sancti Petri cumque superius comprehensum est in ipsius territorios duplatum et illum captum pariet post parte comite alias auri libras VII, et istum testamentum pactum tradictionis vel confirmationis firmis permaneat. Facta ista scriptura istum pactum vel testamentum tradictionis die III feria, VIII kalendas iulias, era <sup>60</sup> M. XXX. VIII. sub rex Adefonso in sedis Legione, et Comite in Castella, ego Munnium Gutierrez et ego Donna Fronildi in hoc pactu testamentu vel traditiones que fecimus et legente audivimus et manus nostras + + roboravimus coram testes tradidit roborandum. Petrus et Iohannes hic testes sumus + + roboravimus, Cissilani et <sup>65</sup> scripsit.

El P. Sota (*Crónica*, pág. 640) publicó esta carta.

**XLII**

*Jueves 22 de febrero de 1019.*

[f. 29 vto.]

**EN VALDEGUÑA**

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, ego Donna Sendina in Domino Deo eterna salute. Amen. Ideo ego Donna Sendina pactu vel testamentum facio a Deo ad regula Sancta Iuliana et ad tibi abbatii meo Iohannes diem iudicii timendo et portas inferni evadendo et paradisi introiendo trado atque concedo ad ipsum locum sanctum <sup>5</sup> illas casas de Felecta cum omni adiacentias suas in auditio de Loisa, quem abeo de mea dote vel in meas arras que viro meo Didacomizi dedi vel roboravi, sicut in mea dote resonat per omnes suos terminos. Id est de illo vado et per illa carraria qui discurre ad Aselio, vel directo usque ad itinere qui discurre ad Argueces et per illu Vil-<sup>10</sup> lare et per terminu de Albaro Galindiz et de suos heredes et per illos fixos petriços et terminu de Quintila Asuriz usque ad illa pen- na et pervenit ad illo arroyo, et per illu tinteiro et per terminu de Afonso et terminu de Petru, et terminu de Sancta Leocadie, et terminu de Eldefonso, et per illu alio arroio et affige et ad illa carrera que <sup>15</sup> discurre ad illum vadum, sic trado atque concedo ad ipsa regula Sancta Iuliana, cuius corpus tumulatum est in villa Planes, et a tibi abbatte meo Iohannes trado atque concedo ipsas casas et orreos, lacares, cupas, curtes, terras, pumares, silvas vel defesas, aquis, pratis, padilibus vel ubique potueritis invenire de ipsa hereditate abea-<sup>20</sup> tis illo post iure de Sancta Iuliana quieto, et quidquid ex inde facere volueritis liberam in Dei nomine abeatis potestatem, ut mihi Donna Sendina ante Deum merces perveniat, et de viro meo Didaco. Si quis tamen contra hunc factum nostrum ego Donna Sendina aut proienie mea vel quislibet homo hunc factum nostrum inrumpere <sup>25</sup> quesierit, in primis ira Dei descendat super eum in inferna dapnione. Amen. Et pro temporali pena pariet ipse homine ad parte de ipsa regula Sancta Iuliana quantum ausus fuerit conatus inrumpere, duplatum vel triplatum cum solidos C et post parte comite civitalis pariet auri libras V.º pariet ipse homine qui talia comiserit, et scri-<sup>30</sup>

ptura ista non rumpetur et firmis permaneat et obtineat. Facta scri-  
ptura ista die V.<sup>a</sup> feria, VIII kalendas martius, era M. L.<sup>a</sup> VII.<sup>a</sup>, et  
regnum et Rex Adefonso in Legione et Comite Garsea in Castella  
et in Asturias. Ego Donna Sendina in hoc pactu que feci pro reme-  
dio anime mee et de viro meo Didaco legenter audivi et de manu  
mea + roboravi, Iohannes et Munio hic testes sumus et manus  
nostras + + roboravimus, Iohannes scripsit.

El año 1019, ya hemos dicho (v. carta XXXIX) que comenzó en feria V (jueves), y el día 22 de febrero fué domingo y no jueves, como dice este documento.

## XLIII

Viernes 18 de enero de 1017.

[f. 30 vto.] IGLESIA DE SANTIAGO DE VALDEGUÑA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis,  
presbiteris, diaconibus, clero atque omni populo christiano Deum  
timentibus et in regule sancte consistentibus. Ego Donna Monia  
Donna, acsi indigna, que sum filia de Monnio Didaz et Donna Gel-  
vira in Domino Deo eterna salute. Amen. Ego Donna Monia Donna 5  
placuit mihi accensit voluntas, ut pro remedio anima mea simul de  
viro meo Nunno Gutierrez et de parentibus nostris, tradidit ego  
Donna Monia Donna atque concedit corpus meum et animam meam  
ad regula Sancta Iuliana et a tibi abate meo Iohannes, tradidit ibi-  
dem ecclesia Sancti Iacobi cum omnibus actibus suis, qui est fun- 10  
data in valle Egunna in locum vocabulum Caçarone, per omnem suos  
terminos, et de illo cotello absque in illa fonte pro illo balelio et per  
itinera que pergit ad Egunna, qui exit de Mesuzo, ex alia parte ter-  
minu de Felix per illo foyolo de Monio, et usque in terminu de 15  
Donna Gota, et per illa calçata que est iter qui pergit de Conflia et  
venit ad Egunna et per suos terminos tradidit eo Monia Donna  
atque concedit ipsa ecclesia iam dicta cum omnem rem ganato,  
casas, orreos, lictuaria, torcularia, vel tota omnem rem causa quantu  
ad ipsa ecclesia oportet abere vel deinceps acmentare vel ganare

putuero, sic tradidit atque concedit ipsa ecclesia iam dicta cum omni- 20  
bus actibus suis integro ad ecclesia vel ad regula Sancta Iuliana et  
ad tibi abate Iohannes, sic terris quam etiam pumares, silbas vel  
defesas, pratis, padulibus, in fonte in monte in aquis aquarum vel  
quantum ex eius voce invenire potueritis, sic in vita de me Monia  
Donna quam post obitum meum, et in villa Patella, in tota ipsa 25  
hereditate, in terras, in vineas quinta portione pro anima de viro meo  
Nunno Gutierrez. Et ego Donna Monia Donna post obitu meo in  
meo ganato mea quinta integra, ut abeatis post iure, ecclesie Sancte  
Iuliane ac defendatis, et quicquid ex inde facere quod volueritis in  
Dei nomine abeatis potestatem. Sed verumtamen ipse illo obtineat, 30  
qui Deo servierit, in agone Christi certaverit, et in Dei laudibus com-  
memoratus fuerit, habeat ex inde toleratione et mihi Donna Monia  
Donna ante Deum mercis perveniat et nullus ex inde ad laycale  
conversatione reducere presumat. Si quis presumpserit, anatemati-  
zatus et excommunicatus permaneat, et cum Iuda traditore habeat 35  
parte in eterna dampnatione, et pro temporali pena qui hunc scri-  
ptura scedula testamentum traditionis istius intrumpere quesierit,  
aut comes aut alia regia vel potestas, aut qualicumque homine dia-  
bolicus, qui taliter comiserit, pariet ad ipsa ecclesia Sancta Iuliana et  
a sotii earum chatolicus quantum ab ipsa ecclesia ausus fuerit cona- 40  
tus intrumpere tantum duplatum vel triplatum et auri libras V.<sup>e</sup> et  
post parte regis aut comite, qui hunc terra imperavit, similiter pariet  
auri talentum et post inde scriptura ista testamenti istius non ru-  
mpetur. Facta et considerata est iscriptura ista sub die qui est VI.<sup>a</sup>  
feria, XV kalendas februarias, currente era M.<sup>a</sup> L.<sup>a</sup> V.<sup>a</sup>, regnante 45  
Rex Alfonso, Rex in Legione, et imperante Comite Sancio Garciani  
in Castella et in Asturias. Et ego Donna Monia Donna in hanc te-  
stamentum traditionis quod fieri volui et legenter audivi manu  
mea + roboravi coram testibus Sesguto et Adega hic testes sumus  
manus nostras + + roboramus, Braolio confirmat, Godestio Mun- 50  
niuz confirmat, Didaco Beilaz confirmat, Nunno Rodriz confirmat,  
Citi Petriz confirmat, Munnio Iohannes confirmat et totos in uno +  
roboramus, Ermegildo scripsit.

## XLIV

*Jueves 16 de noviembre de 1021.*

[f. 31 vto.]

## EN LIÉBANA

Sub Christi nomine. Ego Adefonsus prolix Didacus sive coniuge mee, id est Maria, favente et dive memorie nostre cartula vel testamentum traditionis facimus Deo et ecclesia Sancta Iuliana, et ad tibi abbate meo Iohannes de propria nostra vinia cum suo terrefundus, qui est fundata in territorio levanense locus perfonsus et Maria ipsa vinia iam dicta ad ipsis locis sanctis propter remedio anime nostre sive de parentes et genitores nostros, ut ante Deum in die iudicii tremenda accipiamus copiosa mercede et per hanc metuenda voce damus ipsa vinia, sicut ex fundata per cunctis locis et terminibus suis, circumspecta per ubi nos illa iurificamus integra ad ecclesia Sancta Iuliana, concedimus vinia et terrefundus ad integra, ut abeat pars ecclesias et cultores ipsarum ipsa vinia iam dicta usque in finem seculi. Si quis causa alicum hominem, aut rex, aut comite, aut hominem potentissimus, aut Adefonsus et Maria, aut filiis nostris qui hunc factum nostrum intrumpere quesierit, in primis sit extraneus ad corpus et sanguinis Domini nostri Ihesuchristi et cum Iudas traditore habeat parte in eterna dampnatione, et inferat ad pars ipsius ecclesie, et ad congregatione eius ipsa vinia cum suo terrefundus duplatum vel triplatum cum solidos XXX.<sup>a</sup>, et ad comite pariet ipse homine, qui taliter comiserit, auri libras V.<sup>e</sup> et post iscriptura ista non rumpetur. Facta iscriptura donationis die quod erit V.<sup>a</sup> feria, XVI kalendas decembris, era M.<sup>a</sup> L.<sup>a</sup> VIII<sup>a</sup>, Rex Adefonsus in Legione, Comite Garsea Sancii in Castella, et Adefonsus et Maria in hanc scriptura testamenti istius quod fecimus legenter audivimus manus nostras + + roboravimus coram testibus in presentia abatisa Fronildi + roboravi, Veila Munioz + feci, Vermidus Braoliz + roboravi, Tercia de Maiordomum + roboravi, Fredinandus Vermudiz + roboravi, Velliti Martiniz + roboravi, Ordudus Frenandez + roboravi, Garcia Valeriz + roboravi, Annaya + roboravi, Menendus + roboravi, Stephanus testis, Munio testis, Meme testis, Ermigildo scripsit.....<sup>30</sup>

## XLV

*Jueves 16 de noviembre de 1021.*

[f. 32.]

## EN LIÉBANA

Sub Christe nomine. Ego Donna Sendina Deo favente et dive memorie mee cartula testamentaria traditionis fecit Deo et ecclesia Sancta Iuliana et ad tibi abbate meo Iohannes de propria mea vinea cum suo terrefundo, et ex fundata in territorio levanense in villa que vocitant Casiellas super iter quod pergit ad Frania (1) iusta vinia de filios de Donna Goto, et II pars terminum de Maysato et usque in via vel iter quod currit ad ecclesia Sancti Sebastiani, inter ipsis terminis vel cunctis suis limitibus ipsa vinia integra, et cum ipsa vinea dedit ego Donna Sendina cupa maderiza, rubur facta, propter remedio anime mee et de parentes meos, vel de genitores meos et pro hanc metuenda voce dedit ipsa vinea et ipsa cupa pro cunctis suis terminis per eum iurificavi integra ad ipsis locis sanctis tradita et concessa usque in finem seculi. Si quis causa alicum hominem aut comes aut hominem potentissimus aut ego Donna Sendina aut pars mea, qui hunc factum nostrum intrumpere quesierit, in primis sit extraneus ad corpus et sanguinis Domini nostri Iesuchristi, et cum Iuda traditore abeat parte in eterna dapnationale et inferat ad pars ipsius ecclesie, et ad congregationem eius ipsa vinea cum suo terrefundo et ipsa cupa duplata, vel triplata cum XXX.<sup>a</sup> solidos, et ad comite parie ipse homine, qui taliter comiserit, auri libras I, et post scriptura ista non rumpetur. Facta scriptura donationis die notu quod erit V.<sup>a</sup> feria, XVI.<sup>o</sup> kalendas decembris, era M.<sup>a</sup> L.<sup>a</sup> VIII<sup>a</sup>, Rex Adefonso in Legione et Comite Garsea Sanciz in Castella. Ego Donna Sendina in hanc scriptura testamenti istius quod feci legenter audivi manu mea + roboravi, Sisiverto presbiter +, Petrus + roboravi, Monnio + roboravi, Arboyro + roboravi, Gonçalvo + roboravi, coram testes Flaino et Vincenti, hic testes sumus, manus nostras roboravimus, Ermegildo scripsit.

(1) El pueblo que en esta carta se llama Frania es Frama, a unos 3 kilómetros al SE. de Potes. Hoy existe el camino que desde Casillas se dirige hacia Frama, aunque abandonado desde que se ha construido la carretera que comunica a Liébana con la provincia de Palencia.

## XLVI

*Viernes 29 de diciembre de 1021.*

[f. 32 vto.]

## IGLESIA DE SAN ACISCLO

Sub Christi nomine. Ego Mansuara et filia mea Adesenda, nos quidem favente et dive memorie testamentum traditionis facimus Deo et regula Sancta Iuliana et ad tibi abbatu nostro Iohannes tradimus nos metipsas et omnem nostram rem vel ganato, que habemus et que adhuc ganare vel fundare potuerimus, tradimus ibidem ipsa ecclesia Sancti Aciscli qui est in villa Triclo, qui est edificata in terra de Sancti Petri vel de Sancta Iuliana, qui anteriori nostri ea tradiderunt ad ipsa regula Sancta Iuliana, et nos confirmamus et tradimus nostro edificio vel cimento, qui ibidem fundamus in ipsas terras ex integro ubique laboratum abemus, et tradimus nostras casas et cupas et orreos, et lictaria, capras, porcos, vel omnia rem tota usque ad minima galina. Et in Toranço nostra portione, vel ubi nostro labrato vel cimento fundato aut ganato ex voce nostra invenire potueritis, firmiter aprehendatis et possideatis in nomine Sancta Iuliana, et nullus senior aut aliquo homine ad alia parte reducere presumat, et qui facere voluerit aut contradicere ad ista scriptura, in primis ira Dei omnipotentis descendat super eum et extraneus et discomunicatus in infernum missus et dapnatus et insuper inferat, qui talia temptare voluerit, ad pars ipsius ecclesie Sancte Iuliane vel pariet alia rem ad ipsa ecclesia iam supra dicta cum fundamentis vel terre sue, et ipso edifitio vel cimento pumares, et torcularia, arbuncula, pariet duplatum et auri libra I, et ad comite alias auri libras II, et post hec testamentum traditionis ista non rumpetur. Facta et confirmata scriptura die VI feria, IIII kalendas ianuarias, era M.<sup>a</sup> L.<sup>a</sup> VIII, Rex Adefonsus, Comite Garsea Sanciz in Castella. Ego Mansuara una cum filia mea Adesinda traditione ista que fecimus legenter audivimus manus nostras + + roboravimus coram testes, Severo et Sauarico hic testes sumus manus nostras + + roboravimus, Ermegildo scripsit.

## XLVII

*Viernes 1.<sup>o</sup> de diciembre de 1020.*

[f. 38.]

## COMPRA EN ARCEDA

Sub Christi nomine. Ego Roderico Munioz una cum uxore mea Donna Iusta placuit nobis pro spontanea nostra voluntate, ut vindivimus a tibi Iohannes abate vel regula Sancta Iuliana proprias nostras terras que abemus de parentes vel de abos nostros, illa una in Arceda iusta termino de Sona, et alium terminum de illa silva vel defesa et usque in flumine Salia, et illa alia terra que est in Cubilias vel agro redondo pro terminu de Sancta Iuliana, et usque perexit ad illo agomale. Intra ipsos terminos iam dictos, sic vendivimus nos Roderico et Iusta ipsas terras ab omni integritate, et a Iohannes abate, sic dedisti nobis prefato per ipsas terras id est bobe albo valente VIII, modios de civaria et calapaços de III solidos, et sayale lango albo valente III modios in sub uno pretio in XV modios de civaria, quod da mihi Roderico Monioz et uxor mea Donna Iusta bene complacuit et abbe Iohannes deuitus non remansit pro dare, nec nobis Roderico et Iusta iure in ipsas terras non reservavimus, ut de hodie die post iure de te Iohannes abate vel de regula Sancta Iuliana ipsas terras pro suis terminis firmis permaneat usque in finem seculi. Si quis tamen contra hunc factum nostrum nos Roderico, Iusta aut filiis vel heredes nostri propinquis aut extraneis aut alicum hominem potentissimus vel assertoris de subrogata nostra persona que Iohannes vel fratres de regula Sancta Iuliana proprias nostras ad iudicio compulsaverit, et ego Roderico et Iusta in concilio non fuerimus convalidus auctorigare vel vindicare post parte de regula Sancta Iuliana, quomodo pariemus post parte de te Iohannes abate vel de regula Sancta Iuliana ipsa hereditate et ipso pretio duplatum vel triplatum cum solidis X, et parte de comite pariet auri libras I.<sup>a</sup> et carta ista firmis permaneat. Facta carta vel scriptura ista die VI.<sup>a</sup> feria, ipsas kalendas decembris, era M.<sup>a</sup> L.<sup>a</sup> VIII, Rex Adefonsus et Comite Garsea in Castella in Asturias. Ego Roderico et Iusta hanc

carta venditionis, que fieri voluimus et legenter audivimus et de manus nostras + + roboramus, Petro et Reuelio hic testes sumus, manus nostras + + roboramus, Iohannes scripsit.

El año 1020 (bisiesto) comenzó por feria VI, o sea viernes, y por tanto, el 1.<sup>o</sup> de diciembre no fué viernes, como dice el documento, ya se compute este año bisiesto, como hoy lo hacemos, agregando un día al mes de febrero, o, como hemos visto que se hacia en los siglos medios, agregando un día al mes de diciembre. En el primero de estos casos el primer día de diciembre de 1020 sería jueves, y en el segundo miércoles. Creemos que el copista puso «die VI feria» por «die IV feria».

## XLVIII

*Viernes 1.<sup>o</sup> de diciembre de 1021.*

[f. 33 vto.]

### EN BARREDA

Sub Christi nomine. Ego Roderico Munioz, et uxor mea Iusta, nos iam dictus que sumus dive memorie pactu vel testamentu traditionis fecimus Deo et ad regula Sancta Iuliana et a tibi abbate nostro Iohannes, diem iuditii timendo et portas inferni evadendo et paradisi introiendo, tradimus vel concedimus ad ipsa regula Sancta Iuliana propria nostra, qui est in Bareta per terminu de Sancta Iulia, et per illa silva vel defesa et usque in flumine Salia inter ipsis terminis ipsa terra integra. Damus ea vel concedimus sic in vita nostra quam et post obitum nostrum ad ipsa regula Sancta Iuliana, et a tibi Iohannes abbate propter remedio anime nostre et abeamus de peccatis nostris remisionem et ecclesia Sancta Iuliana de ipsa terra confirmationem per hac scriptura testamentu isti usque in finem seculi. Si quis tamen ego Roderico et Iusta aut pars nostra aut alicum hominem qui hunc factum nostrum intrumpere quesierit, in primis ira Dei descendat super ipso homine et discommunicatus fiat de Christi fidem et tunc pariet ad tibi Iohannes abbate vel ad regula Sancta Iuliana et ad cultoribus earum ipsa terra duplata vel triplata cum solidos XL, et ad comite pariet ipse homine diabolicus; qui taliter comiserit, auri libra I, et post hoc non rumpetur. Facta iscriptura testamenti die VI feria, ipsas kalendas decembris, era M.<sup>a</sup> L.<sup>a</sup> VIII, 20

Rex Adefonsus in Legione et Comite Garsea in Castella, et ego Roderico et Iusta testamentu vel traditione ista que fecimus legenter audivimus manus nostras + + roboramus coram testes, Sonna et Albaro hic testes sumus manus nostras + + roboramus, Erme-gildo scripsit.

25

## XLIX

*Lunes 13 de junio de 1028. (?)*

[f. 34.]

### EN ARROYO

Sub Christi nomine. Ego Dominico Didaz pactu vel testamentum facio ad Deum et ad regula Sancta Iuliana et a tibi Petru abba trado atque concedo nostras casas cum suo solare in villa Arrogio terras et pumares vel cuncta genera arborum, ubi ea potueritis invenire, aut minima gallina, velut granum sinapis ab omni integritate, sic in vita mea quam etiam post obitu meum, ut abeatis eo desodie dato vel confirmato per huius scripture testamenti in Dei nomine abeatis potestate, et ego Dominico ante Deum merces perveniat. Amen. Si quis tamen aliquis homo, qui hunc factum meum disrumpere quesierit, qui talia comiserit alacriter descendant super eum ira Dei, et in finem non accipiat communionem et cum Iuda traditore abeat parte in eterna damnatione, feria II, idus iunius, era M. L. XVI, Rex Ferdinandus, ego Dominico in hanc testamentu que fieri voluit et legenter audivit manu mea + roboravi coram testes, Annaya, et Citi hic testes sumus et manus nostras + roboramus, Sebastianus scripsit. 15

Dice la carta que el dia 13 de junio de 1028 fué lunes y reinaba D. Fernando. En este año fué el 13 de junio jueves, contando los bisiestos como hoy lo hacemos. Don Fernando I fué asociado al trono de Castilla por su padre D. Sancho, y no habría inconveniente en admitir la fecha de 1028, si la feria coincidiera. Más bien creemos que está equivocado el año.

20